BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
70
1 V F
5

Sec. XVI

V. la 2e partie del Cat. Manzoni, n.° 3796

921 - 3 - D - 15 - 17

[Roma, Marcello Silber, dopo il 1510]

c
ſ
te
di
ce
Q
ſor
Q

Prin
do p
endo
ſuaui
ciam

¶Interrogationes & doctrine quibus quilibet ſacerdos debet interrogare ſuũ confitentem.

Hic ſunt multa utilia pro cõfeſſoribus ad introducendum gentes ſimplices ¶Primo qualis debet eſſe confeſſor. Quõ cõfeſſor docebit cõfitentem. Qualiter cõfeſſor cõfortabit penitentẽ. Quõ cõfeſſor ordinat cõfeſſionẽ. Que ſunt p cõfeſſorẽ cauenda. De inqſitiõe cõfeſſoris ad cõfitẽtem. De modis querendi circa pctm̃. De querẽdis circa pctã mortalia. De querendis circa precepta legis. Que uota ſunt tenenda & que non Que iuramenta ſunt ſeruanda. Quibus cõfeſſor debet prohibere ne ipi recipiãt corpus xpi. Qualiter confeſſio eſt facienda.

Rubrica.

Qualis debet eſſe cõfeſſor.

Primo debet eſſe dulcis in corrigendo. Secundo prudens in inſtruendo. Tertio pius in puniendo. Quarto affabilis ĩ interrogãdo. Quinto ſuauis in conſulendo. Sexto ſit diſcretus penitẽtiam iniungendo. Septimo ſit mutus confitentẽ

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

audiendo. Octauo ſit benignus in abſoluendo Vñ uerſus. Confeſſor dulcis prudens pius affabiliſqꝫ. Suauis diſcretus mutus ſit atqꝫ benignus. Hec octo tibi preccipiunt iura teneto.

Quomõ confeſſor docebit confitentem.

Primo confeſſor recipiat benigne & gratioſe confitentẽ dũ uenit. Itẽ faciat cõfitentẽ eſſe iuxta latus ſuũ. Itẽ dicat ei ꝙ cõfitetur Vicario xp̄i Item dicat ei ꝙ ſignet ſe ſignaculo ſc̄tẽ Crucis dicendo. In noĩe patris & filii & ſpũs ſancti.

Qũo cõfeſſor confitentẽ confortabit.

Primo oſtendet ei ꝙ xp̄s mortuus fuit pro nobis peccatoribus. Item ꝙ ip̄e eſt pius & miſericors. Itẽ ꝙ ſibi indulgebit ſi confiteatur. Item ꝙ ſc̄tũs Petrus negauit chriſtum. Itẽ qũo ſanctus Paulus perſequebatur chriſtum. Itẽ ꝙ ſc̄tũs Dauid fecit homicidiũ. Item de pc̄tõ btẽ Marie magdalene. Item de Cananea capta in adulterio. Et tñ oẽs iſti ſunt ſanctificati quia penituerunt & confeſſi ſunt. Item ꝙ melius eſt detegere pc̄tm̃ ſuũ in hoc mundo uni ſacerdoti q̄ coram omnibus in alio mundo: Et cum hoc perpetue damnari.

Q ũo cõfeſſor ordinat confeſſionem.
Primo audiat confeſſionem generalẽ: deinde audiat confeſſionẽ ſpecialem. Primo de quinq ſenſibus corporis.de inde de ſeptem pc̄tis mortalibus. Itẽ de decem p̄ceptis ſacre legis. Item de duodecim articulis fidei. Item de ſeptem ſacramentis eccl'ie. Itẽ de operibus miſericordie tp̄alibus & ſp̄ualibus. Item de confeſſiõe nõ debite facta. Itẽ de penitentiis nõ debite cõpletis. Itẽ de participatione cũ excõicatis.

Que ſunt cauenda per confeſſorem.
Primo caueat confeſſor ne querat de pc̄tis ſingulariter ſed in generali. Item non querat confeſſor cum quo uel cum qua confitens peccauerit. Item ne uituperet confitentẽ nec eum reprehendat uſq in finem. Item non reſpiciat confitentẽ in facie. Item nihil ĩterroget donec cõpleuerit. Itẽ non petat confitenti. quis fecit te peccare: quia nullum debet accuſare.

De inquiſitione confeſſoris erga cõfitentẽ.
Primo petat ei ſi ſciat Pater noſter. Aue maria. Credo in deũ. & articulos fidei: & decẽ p̄cepta legis. & ſi neſciat precipiat ei ꝙ addiſcat. Item

querat ab eo ſi ſit excõicatus. Item ſi cõpleuerit ſuas penitentias. Item ſi habet rancorem cõtra aliquem. Item ſi uere penitet de pctīs. Item ſi dimiſerit dicere uel obmiſerit aliquod pct̄m̄. Itē ſi uelit abſtinere a peccato. Item ſi uelit obedire mandatis eccleſie. Item ſi habet uoluntatem ſatiſfaciendi.

De querendis per confeſſorem
circa quodlibet pct̄m̄.

Primo querat confeſſor quid fecit confitens ut ſciat ſi ſit mortale uel ueniale. Secundo cui fecit quia grauius eſt percutere clericũ q̄ laicum. Tertio ubi fecit quia deterius eſſet intra eccleſiã q̄ extra. Quarto quare fecit quia percutere malicioſe eſt peius q̄ percutere a caſu. Quinto quot uicibus fecit illud pct̄m̄: quia grauius eſt bis q̄ ſemel: Sexto quomodo peccauit utrum mõ cõſueto uel contra naturã. Septimo & ultimo qñ fecit quia peius eſt in die feſto q̄ in feriali.

De querendis per cõfeſſorem.
circa decem p̄cepta legis.

Circa primũ querit̄: ſi credidit in deum: articulos fidei: & ſacramenta eccl'ie. ſi adhibuit fidem

ſortilegiis:ſomniis:auguriis:& incantationibus Si diligit fratrem ſuũ xp̄ianũ : & uellet ꝙ ſaluet ſicut ip̄e. Circa ſecundũ queritur ſi periurauerit ſe:ſi iurauerit deum & ſanctos ſine cauſa Si mẽdacia dixerit. Si uota fregerit circa tertiũ ſi feſta ſeruauerit. Si quadrageſimã & uigilias ieiunauerit. Si tempus in ludis & in ſociis perdidit. Circa quartũ ſi parentibus obediuit:ſi eis in ſuis neceſſitatibus ſubuenerit:ſi p̄latos & maiores honorauerit. Circa quintum ſi homicidium fecit uel conſenſerit: ſi ſubuenit infirmo in articulo mortis. ſi fecit ꝙ mulieres non cõciperent. ſi fecit ꝙ mulier fecit abortũ. Circa ſextũ. ſi detinet mercedem ſeruoꝝ: ſi fideliter laborauerit pro aliis:ſi furtũ ſcienter emerit:ſi perditum notum ſibi obtinuerit. Circa vii. ſi uiolauerit mulierem ſi in partu uel puerperio eam cognouit. Circa viii. ſi aliquem blaſphemauerit. ſi de ignotis ſibi diſpoſuerit. Circa. ix. ſi uxorem uicini attraxerit ſi maritũ pro ea uilipenderit. Circa. x. ſi agros domos aut ſeruos ſui uicini concupiuit.

De querendis circa mortalia pctã.

Circa ſuperbiã quere ſi iactet ſe ꝓpter amicos

uel ꝓpter diuitias . ſi credidit habere bona ſua de ſeipſo: ſi crediderit ꝙ ſit bonus & iuſtus. Circa inuidiam. ſi gaudet de malo alterius . ſi gaudet cũ aliquis uituperatꝰ. ſi dolet de bene & utilitate alioꝝ. Circa irã ſi ꝑcuſſerit aliquẽ. ſi fecerit uel dixerit alicui iniuriam. ſi uoluiſſet eſſe mortuus ĩ ira ſua. Circa Accidiã ſi uadit ad eccľiam ſi penitentias iniunctas fecit . ſi dixit ſepe pater nr̃. Aue maria. Credo in deũ. Circa Auariciã. ſi cupit aliena. ſi fecit uel ꝓcurauit ſymoniam. Si ꝓſtitit ad uſuram. Circa Gulam: ſi cõtentus ſit ď uictu. Si comederit multotiens in die. ſi querit uictus nimis delicatos. Circa Luxuriam. Si de hoc ſepe cogitat. Si mulierem attigit inhoneſte Si mulierem pro aliis ꝓcurauit.

Que uota ſũt tenẽda & q̃ reprobanda.

Votũ eſt promiſſio alicui de aliquo bono facta cũ deliberatione. Votũ de re illicita nõ obligat Votũ in ira factũ nunc nihil ualet Votũ nulli factũ non tenetꝰ. Votũ p timorẽ factũ non tenetꝰ. Votũ pueroꝝ non tenetꝰ . niſi poſt etatẽ legittimã ratũ & gratũ habeant. Votũ peregrinationis uxoris nõ tenet ſine conſenſu mariti. Votũ

uxoris factũ de ieiunio nõ ualet niſi ſit de licentia ſui mariti. Votum caſtitatis in matrimonio factũ nõ ualet niſi cõſenſu ambo℞. Votum factũ impediẽs cõiugale nõ ualet neqꝫ tenet in aliquo. Votũ ſerui nõ liberi de ĩtrando religionẽ nõ ualet nſi de cõſenſu dñi Votũ peregrinationis ultra mare nõ impletur ſine licẽtia pape. Votũ ieiunii mulieris ĩpgnate nõ debet ſeruari ꝓpter piculũ Votũ cõtra bonũ publicũ ẽ irritũ.

Que iuramẽta dñt ſeruari & que nõ.

Iuramentũ eſt affirmatio uel negatio de aliqua ſacra rei atteſtatione.

Ad iuramenta tria requiruntur.

Primo ueritas in conſcientia Iurantis ꝙ firmũ ſciat illud quod iurat. Secundo requirit̃ iuſticia. ſcilicet ꝙ inter illud quod eſt licitũ & honeſtũ. Tertio requiritur iudicium: ſcilicet ꝙ non iuret ſine magna neceſſitate. qui iurat per ſolem & lunam per ignem & aquã & per talia peccat. q iurat alicui obedire intelligit̃ in honoſtis & licitis: qui iurat aliquod pctm̃ non debet ſeruare tale iuramentum. qui iurat non facere elemoſinam Vel non indulgere offenſam non ualet.

qui iurat de ſibi ignotis affirmatiue uel negati-
ue multũ peccat: qui iurat de aliquo ſine aliqua
magna cauſa uel ſine neceſſitate peccat. qui iu-
rat contra bonos mores uel contra rem publi
cam: nõ tenens iuramentũ peccat grauiter. ſed
debet confiteri eo ꝙ ſicut iurauit.

Quibus confeſſor prohi
bet recipere corpus xp̄i.

Nullus recipiat corpus xp̄i niſi prius fuerit de
bite confeſſus. Nullus recipiat corpus xp̄i niſi
prius fecerit ſatiſfactionem ſi poteſt. Nullus re
cipiat corpus xp̄i niſi prius fecerit penitentiam:
aut opus miſericordie. Nullus excõicatus aut in
terdictus preſumat recipere corpus xp̄i. Nullus
inſenſatus uel fatuus aut indiſcretus recipiat cor
pus xp̄i. Nullus exiſtens ſcienter in pc̄tõ debet
recipere corpus xp̄i. Nullus habens uomitum
uel tuſſim ſeu malum ſtomachum debet recipe
re corpus xp̄i. Nullus minor etate duodecim
annoꝝ debet recipere corpus xp̄i. Nullus hñs
rancorẽ cõtra aliquẽ: nec aliquis dubitãs in fide
catholica debet recipere corpus xp̄i. Nullus re-
cipiat corpus xp̄i poſt comeſtionẽ niſi in arti-

culo mortis. Nota ꝙ qui nō recipit corpus xp̄i ſemel in anno peccat mortaliter. & hoc niſi ſit de cōſilio ſuperioris & de licētia ſui cōfeſſoris.

Qualiter cōfeſſio ſit facienda.

Qui ſe uult confiteri primo debet cogitare ad pc̄tã que fecit ad fratem ꝙ de oībus confitetur & nulla dimittant̄ ſi poteſt memorari. Primo debet eligere Capellanū bene ſapientē cui confiteat̄: & hoc de licentia ſui curati uel ſuperioris. Secundo debet hr̄e ueram cordis contritionē & diſplicentiã de pc̄tis cum propoſito amplius non peccandi. Tertio requiritur oris confeſſio pc̄tã ſua integre confitendo ſeip̄m increpando & nullū alium ſi poteſt bono modo accuſando. Quarto requirit̄ opis ſatiſfactio uel uoluntas ſatiſfaciendi cū poterit iniurias per eū̄ factas emendando ablata & inuenta reſtituēdo & penitentiam ſibi iniunctam debite & integre adimplendo.

De confeſſione in generali.

Primo uolens confiteri debet ſuum confeſſorē ſalutare. deinde ſe iuxta eum ad latus ſuum geniculare: & ſi eſt uir debet ſuum caputiū remo-

uere: Mulier uero nõ·imo debet tenere caputiũ ſuũ ante oculos ſuos dum confitet̃· Itẽ cõfitẽs debet dicere Benedicite. & confeſſor debet reſpondere. dñs ſit uobiſcũ Amen. Deinde confitens debet facere confeſſionem generalem diſcendo ſic: Confiteor deo omnipotenti & beate marie uirgini & omnibus ſc̃tis & uobis p̃ri de omnibus pc̃tis meis que feci uſq; in hunc diem p̃ntem de qbus omnibus peto a deo & a uobis qui eſtis hic locũ tenens ieſu xp̃i miſericordiã & indulgentiam.

De confeſſione in ſpeciali.

Primo confiteatur de ſuis pc̃tis in ſpeciali.
Primo de quinq; ſenſibus naturalibus ſui corporis quos male rexit & per quos ſepe peccauit.
Primo de ſenſu Viſus per occulos in aſpiciẽdo aliquã mulierẽ cũ delectatione uel cũ cõcupiſcẽtia indebita aut cũ indignatione & diſplicentia
Secundo confiteat̃ de ſenſu Auditus qui fit per aures uana & inutilia auſcultando mala uerba & inhoneſta de aliis libentiſſime audiendo.
Tertio confiteatur de ſenſu Odoratus qui fit p naſum res odoriferas odorando ſicut roſas ſpe

cies & ſimilia. Quarto de ſenſu guſtus qui ſit in lingua res delectabiles auide guſtando comedẽdo & bibendo. Quinto de ſeuſu tactus qui ſit in omnibus partibus corporis maxime cũ manibns membra mea illicite tangendo uiros aut mulieres amplectendo uel indebite oſculando. Deinde confiteat̃ de cogitatione imaginatione qui ſit in cerebro aut in corde cogitãdo & imaginando cõgitationes multas malas & peruerſas. Deinde confiteat̃ de ore per quod peccauit loquendo ſepe contra deum iurando & male gratiando ipſum proximos & alios male diffamãdo. deinde confiteat̃ de pedibus ſuis quibus iuit ad loca inhoneſta & prohibita ſicut lupanaria in teberna & torneamenta.

De ſeptem pc̃tis mortalibus.

Poſtea cõfiteat̃ de ſeptem peccatis mortalibus ſiue criminalibus & de radicibus ipoꝝ. De ſupbia & de radicibus ſuis. Primo uoluit ſuperare maiores & deſpicere equales & inferiores. Itẽ fuit arrogans dicens ſe habere multas diuitias quas non habuit. Item fuit contentioſus impugnando ueritatem per magnum clamorem. Itẽ

noluit eſſe obediens neq; ſuo confeſſori nec mandatis eccleſie. Item fuit preſumptuoſus credens plus ſcire uel ualere q̃ ſciat uel ualeat. Itē fecit bona in publico propter laudem. Item fuit ingratus nolens reddere gratias deo de beneficiis per eum acceptis: Item iactauit ſe habere multa bona & multos magnos amicos.

De auaritia ſeu cupiditate.

Primo fuit nimis cupidus ad bona & honores huius mundi. Itē cuſtodiuit diuitias ſuas curioſe Item expendit bona nimis parce. Item ſi fuerit ſymoniacus uendendo uel emendo ſpūalia. Itē de uſura ſi pſtitit ad uſuram pecuniā uel bladum uidelicet recipiat lucrum uel ſeruitiū. Item ſi furatus fuerit aliquid: ſi detinet aliena uiolenter.

De luxuria & pollutione.

Primo delectatur in opere carnali mente uel facto & ſine ratione. Item ſi cognouit carnaliter alienā mulierē uel ſuā conſanguineā. Itē de pollutiōe facta de die uel d̄ nocte uigilādo uel dormiendo. Itē ſi cognouit propriā uxorē in puerperio aut in uigiliis aut in ieiuniis uel diebus ſolēnibus uel qn̄ erat īfirma corpore. Itē ſi contra

naturam maſculus cum maſculo uel cum beſtia aut mulier cũ mulere:uel in loco nõ ordinato.

De ira ſeu rancore.

Primo quia uoluit habere uindictã de iniuriis ſibi factis uel dictis. Item non uoluit indulgere amore dei nec expectare uindictam dñi. Item ſi tenuit rancorem contra aliquem. Item non tenuit patientiã in aduerſis:nec uoluit refrenare animũ ſuum.Item uoluit malũ quod nõ poteſt cõplere:ſicut furtũ aut homicidiũ. Itẽ ꝑdilexiſſet quandoq; iudeus fuiſſe qm̃ xp̃ianus: & mortuus quam uiuus.

De guloſitate.

Primo comedit uel bibit ultra neceſſitatẽ. Item comedit uel bibit nimis auare. Itẽ comedit uel bibit añ horã: Itẽ pauit cibaria care & ſupflue. Itẽ nõ abſtinuit a cibo uel potu ut daret pauperibus & egenis.Item tenuit menſam nimis longe.Item fregit ieiuniũ propter uentrem.

De inuidia ſeu maliuolentia.

Primo qa habuit guadiũ de dãno alioꝝ & doluit ꝺ bono ipoꝝ. Itẽ pl'ies blaſphemauit ĩiuſte Itẽ mouit diſcordiã ſepe ĩter aĩcos & ꝓxios.itẽ

tacuit bonum alioꝝ·nec noluit audire & refer re laudem bonoꝝ·

De accidia ſeu pigritia·

Primo fuit piger mane ſurgere: ire ad eccleſiam & miſſam audire· Item fuit piger fragmenta colligere & ip̄a pauperibus dare· Item maluit eſſe occiſus quā deū laudarc aut bonum opus facere· Itē negligēs fuit bona terre colligere & ip̄a debite ſeruare· Item non fecit diligentiam de inuitando alios ad bonum opus faciendū· Item negligens fuit ſe tenere honeſte·

De decem preceptis legis·

De primo nō credit firmiter in deū: nec amauit eum ſuper omnia: uel dilexit nimis uxorem ſuam filios aut filias· De ſecundo iurauit deum & ſanctos ſine neceſſitate· Et ꝙ iurauit ſcienter De tertio non ſeruauit mandata nec feſta· nec abſtinuit ſe a pctō· De quarto non honorauit parentes naturales uel ſpirituales· nec ſanctam matrem eccleſiam· De quinto Si peccauit occidendo uel non iuuando morientes fame uel frigore· De ſexto rapuit bona aliena aut con ſenſu: nec reſtituit inuenta· De ſeptimo pecca-

uit cognoſcendo uel deſiderando mulierem alienam. De octauo dixit teſtimoniū falſum & mendatium & plures diffamauit. De nono cog nouit uel concupiuit uxorem proximi ſeu eam ſubornauit. De decimo & ultimo cōcupiuit uel rapuit bona ſui uicini: aut ea nō cuſtodiuit.

De duodedim articulis fidei.

Primo non bene credidit in deum patrem. ſed credidit ſortilegiis ſomniis auguriis & inuoca tionibus demonum. De ſecundo non bene cre didit in filium dei: ſcilicet in dn̄m noſtrū ieſum xp̄m. De tertio ꝙ ſit conceptus de ſpū ſancto & natus ex Maria uirgine. De quarto ꝙ fuit crucifixus mortuus & in ſancto ſepulchro poſi tus. De. v. ꝙ tertia die reſurrexit ex mortuis in carne & oſſibus ſuis. De. vi. ꝙ aſcēdit ad celos ſedet ad dexterā dei p̄ris. De. vii. ꝙ ip̄e iudica bit oēs & reddet unicuiqꜫ iuxta op̄a ſua. De. viiſ non bene credidit in tertiam perſonam trinita tis ſcilicet ſp̄m ſc̄tm̄. De nono non bene credi dit in ſanctam eccleſiam & facta & ordinata p̄ eam. De decimo non bene credidit in ſacra mentum altaris: & ꝙ digne ſumens ſaluabitur.

De.xi.nõ credidit generalẽ reſurrectionẽ futu ram in corpore & aĩa. De.xii.nõ credidit ꝙ pa radiſus ſit uita eterna & gloria btõꝝ.

De ſeptẽ opibus miſericordie tpalibus.

De primo nõ dedit panẽ eſurientibus: nec cibũ ut debite cuſtodiũ. De ſecundo nõ dedit bibere ſitientibus ſaltẽ aquã mundam & recentem. De tertio non uiſitauit infirmos: nec dignatus eſt eos inſpicere. De quarto nõ ueſtiuit nudos nec cooperuit eis membra pudibunda. De quinto nõ hoſpitauit pauperes amore dei aut pro ſua pecunia. De ſexto nõ redemit incarceratos nec uoluit intercedere pro ip̃is. De ſeptimo: non ſe peliuit defunctos: nec procurauit ad ſepeliendũ

De ſeptẽ opibus miſericordie ſpũalibus.

Primo nõ dedit conſilium petentibus: uel dedit malũ conſiliũ & peruerſum. De ſecundo: non docuit fidem ignorantibus. De tertio. noluit di rigere deuiantes. De quarto nõ dedit conſilium carentibus. De quinto: nõ plãixt dolores paupe rũ. De ſexto: nõ orauit pro peregrinantibus nec etiã ꝓ laborãtibus. De ſeptimo nõ effudit ꝑces nec dedit elemoſinas pro fidelibus defunctis.

De ſeptém ſacramẽtis eccleſie.

De baptiſmo non credidit ꝙ p eũ pena relaxetur & culpa remittat. De confirmatione quam fecit epũs:de ſacris ordinibus inſtituis: de ſacrificio miſſe ſeu hoſtie. de matrimonio qđ deus inſtituit. de ſacra penitenſa & confeſſione de extrema unctione: quibus non adhibuit fidem rectam & ueram nec recipit nec honorauit ut debuiſſet. Item de cofeſſione non debite facta. Item de penitentiis non debite completis. Itẽ de participando cum excõicatis.

Tractatus de abſolutionibus.

Queritur qs poteſt abſoluere. Rñdet ꝙ deus princîpaliter. nam ſolus deus pctã remittit. Secundo dñs papa uel ſuus penitentiarius põt abſoluere penitentẽ uel confitentem. Tertio epũs ſuum dioceſanũ abſoluere põt & nõ aliũ. Quarto curatus abſolutre põt ſuũ uerũ parrochianũ Quinto qlibet preſbiter de licẽtia curati pprii uel ſuperioris. Sexto religioſi priuilegiati ſicut mendicantes aut alii. Septimo de caſibus papalibus & reſeruatis ſolus papa uel ſui penitẽtiarii. Octauo de caſibus epiſcopalibus epiſcopus ab-

ſoluit ſuum dioceſanū:aut ſui uicarii ſui peniten
tiarii. Nono omnis preſbiter poteſt abſoluere
penitentem in articulo mortis ab omnibus pec
catis quibuſcunq;. Decimo laicus poteſt abſol-
uere penitentem in articulo mortis cum non
haberi poſſit ſacerdos:

¶ Qui nō debet abſolui & cuius abſolutio non
ualet. Primo cōfitens q dicit ſe nō uelle aut non
poſſe penitere. Secūdo nō uolēs indulgere nec
uolēs rancorē dimittere. Tertio nollēs reddere
inuenta cum ſciat quis ea perdiderit. Quarto
nolens reſtituere furta ſiue damna per eū facta.
Quinto nolens ſoluere debita ſua cum hoc bñ
poſſet & habeat vñ. Sexto adultus in quo nō ap
parēt alliqua ſigna cōtritiōis. Septīo cōfitēs alte
ri q̄ ſuo Curato ſine licētia eius uel ſuperioris.
Octauo excōicatus a Canone uel a iudice per
ſententiam latā. Nono qñ pc̄tm̄ ē reſeruatū cō-
fitēs debet mitti ad ſuperiorē. Decīo obſtinati ī
aliquo pc̄tō ſicut Philardi: Meretrix:aut Vſura-
rius:tñ ſi inſtāter requirūt pñt abſolui & pñia in
iūgi uidelʒ q̄ hmōi pc̄tā relīquāt ac furta īuen-
ta & debita reddāt & confeſſor debet eis dicere

ꝙ talis abſolutio modicũ ualet aut quaſi nihil·

Caſus multũ utiles circa abſolutionẽ·

Dubitat̃ utrũ mutus aut ſurdus ſiue bleſus poſſit abſolui ꝑ ſigna uel ſcripta tradendo Confeſſori:& ſic poſſunt abſolui. Dubitat̃ ſi aduena cõfiteat̃ in ſuo ydeomate ſi debeat abſolui: Rñdet̃ ꝙ cõfeſſor debet eũ abſoluere licet nõ ĩtelligat Dubitat̃ ſi infirmus cõfiteat̃ de aliquo pc̃tõ reſeruato utrũ debeat abſolui: Rñdet̃ ꝙ ſic: iniungendo ei ꝙ ſi cõualeſcat dño concedente faciat ſe abſolui ꝑ ſuperiorem. Dubitat̃ ſi excõicatus ſanus excõicatione maiori poſſit abſolui ꝑ ſimplicẽ preſbiterũ de pc̃tĩs ſuis. Rñdet̃ ꝙ debet prius abſolui ab excõicatione & poſtea abſolueri de ſuis pc̃tĩs. Dubitat̃ utrũ cõfitens de caſu reſeruato poſſit abſolui ab illo pc̃tõ per ſimplcẽ capellanũ. Rñdet̃ ꝙ ſi ẽ remotus a curia romana talis põt abſolui & precipere ei ꝙ ſe faciat abſolui per ſuperiorẽ cũ poterit ꝛc̃·

FINIS

670,911

BIBLIOTECA VIT. EMANUELE FONDO IN ROMA

TECA NAZI
1